

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia q  
cum fonte primo

Vera illa amicitia est et Christi  
glutino copulata quam non utilitas rei  
familiaris, non presencia corporum  
tantum, non subdola et palpans adulacio,  
sed Dei timor et diuinarum  
scripturarum studia conciliant.

Ieronymus in epistola ad Paulinum.

Frater Ambrosius tua munuscula  
perferens detulit et suauissimas litteras,  
quae in principio amicitiarum fidem  
probatae iam et ueteris  
amicitiae praeferebant.  
uera enim illa necessitudo est, Christi  
glutino copulata, quam non utilitas rei  
familiaris, non praesentia corporum  
tantum, non subdola et palpans adulatio,  
sed timor domini et diuinarum  
scripturarum studia conciliant.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,  
53.1 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.442-3,  
ll.3-5, 1-4).